Bathoniensium et Aquisgranensium thermarum comparato variis adjunctis illustrata / R[oberti] P[ugh] epistola ad ... Rogerum Castlemaini Comitem.

Contributors

Pugh, Robert, 1609-1679 Castlemaine, Roger Palmer, Earl of, 1634-1705

Publication/Creation

Londini: J. Martyn, 1676.

Persistent URL

https://wellcomecollection.org/works/kwusgv5z


License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection 183 Euston Road London NW1 2BE UK T +44 (0)20 7611 8722 E library@wellcomecollection.org https://wellcomecollection.org



R. P. THERMAE BATH & AGUISGR. 1676







We

The Library of the Wellcome Institute for the History of Medicine

MEDICAL SOCIETY

OF

LONDON

DEPOSIT

Accession Number

Press Mark

PUGH, R.

65709/A

BATHONIENSIUM ET

AQUISGRANENSIUM
Thermarum

COMPARATIO

R. P. Epistola ad Illustrissimum Virum,

ROGERUM Castlemaini Comitem.

Θερμά νυμφάν λετεά βαςάζω. Pind. Ol. Ode 12.

Impensis J. Martyn, ad Insigne Campanæ in Coemeterio D. Pauli.

M D C L X X V I.

Imprimatur,

Jan. 11. 167 2.

Ro. L'Eftrange.

IV,

LECTORI


Typographus.

Auciste, LeEtor, monitum volo, Epistolam banc Illustrissimo Optimati,
cui inscripta est soli
primum destinatam;
annuente deinde Autore, meis typis bic
A 2 yulgari,

LECTORI

vulgari, utpote allaturam exteris pleniorem fortasse quàm aliunde Thermarum nostrarum; nostratibusque pariter Aquisgranensium inferioris Germaniæ celeberrimarum notitiam utique non ingratam. Quod si cui minera, mineria, mineralia & perpaucula bujulmodi vocabula tanquam

TYPOGRAPHUS. quam à priscà Latinitate abborrentia, quamvis modò pa/sim à scriptoribus usitata, minus placeant, consultò certè se Autor his usum esse profitetur, cui claritatis potior in re tantillà quàm scrupulosi Grammaticorum fastidii ratio fuit. Vale.



Illustrissimo Domino

ROGERO

Castlemaini Comiti.

R. P.

S. P. D. Leodium.

Uæris ut valeam, Comes illustrissime, quid
de Bathonianis his thermis,
de loci situ atq; amœnitate, de huc modò adventantium frequentia convictuq;
sentiam, quantum denique
à Germanicis illis discrepent quibus una nonnunA 4 quam

quam jucundissimè usi sumus. Meliusculè mihi jam
est, & convalescendi spes
non mediocris indies crescit; erectioreque sum animo quòd intelligam metibi,
viro quo nihil amabilius,
esse curæ, sanitatemq; meam quasi magni pretii rem
tantopere tibi expetendam
videri. Utinam solicitudines de me tuas quotidie
perinde ac tua benevolentia
mea merita exacuant.

de l'est aquis porrò ad te scribenti obversatur animo suavissima illorum itinerum recordatio, quibus me comitem cum in Britannia nostra, tum in exteris regionibus ascivisti, aquarum potissimum, ut alia

alia naturæ, abdita perspicacissimo, quo polles, ingenio rimaturus. De We- Fons S. Wenefrenefredano perenni fonte, dæ, &c. quem sacrum nuncupant, in Flintensi agro, sub pervetusti elegantisque operis sacello, inter suavissimi odoris musco convestita Martyrisque cruoris notas etiamnum retinentia saxa ebullientis in speciem prorumpente, & de latissimis ex quadrato lapide octogonis parietibus affabre decussatis uberrime summâque vi exundante, affirmantem te sæpe audivi, etiam post celeberrima Europæ atque Asiæ peregrinantium vestigiis trita loca à te visa, nullibi vel intuitu augustiorem limpidioremq; vel præsentioris

tioris numinis veneratione intimà magis percellentem te unquam spectasse. Quid hîc memorem aut tribus quatuorve passuum millibus inde dissitum Asæ fontem gelidissimum latomorum artificio cancellis circunda-Horat.l.3. tum, unde loquaces lympha desiliunt, & per frangentia iras immania faxa in murmura & spumas abeunt: aut quem Dei Matri propè Asaphopolim in Denbighensi agro dicarunt veteres ex antiquissimi sacelli ruderibus placidissimo lapsu in vicinos saltus & prata virentia profluentem; quos fanè uno eodemq; die tres memorandos fontes adivimus? Ut Spadani cœli amœnitate scaturiginumque saluberri-

Od. 13.

aid

bus

tem

21.

142.

1100

kii.

0 14

160.

mo:

berrimarum beneficio solutiore animo tecum perfruerer, ex Gallia invitatum ad restinguendos quos sagrantis atrox hora canicula tunc excitabat calores, tibi socium adhibuisti. Cujus ego commorationis, quamvis brevissima, consuetudinisq; tua voluptatem, si cum Tunbridgiana nostratium Epsamianave rusticatione conferam, amens sim.

Horat.ib.

9. 3. In illo itinere de Acidulæ perennibus juxta Rhenum ad Rheacidulis tum solis nonnun-num. quam à nobis potis, tum crebriùs vino mixtis, perspexi judicii tui acumen, quippe qui vitium stirpes acidulis his nutritas ejusacidulis ejusacidulis his nutritas ejusacidulis his nutri

CUI

Ge

qu

qu

dan

haurire, & simili penè cognatoque sapore id testari animadverteris. Nusquam sanè feliciora Bacchus & Naiades quam ad Rheni Mosellæque ripas connubia ineunt, quoties vino infusæ subitò hæ aquæ velut intra vitrum ferventes in candidam fumi nubeculam coeunt, gratissimoque tum sapore tum frigore & famem acuunt & restinguunt sitim. Quod cum alias sæpe, tum Hochstii ad Mœnum cum Francofurto rediremus ab agili 'convivâ exhibitum nobis spectaculum perplacuisse memini. De Schwalbacensibus Acidulis aliorum judicio nixus es, quas nimirum ultrà properanti in transitu tantum degustare

tani

am

8

Dia

ole B

(m

(0)

100

a.

degustare licuit, quæque vitrioli, sulphuris, salisque crystallini admistione non modò subacido quodam jucundoque sapore plerisque Germanicis præstant, sed quamplurimis etiam medentur morbis, dum redundantia absumunt exficcantque, obstruentia removent, viscera constringendi quadam amicâ vi corroborant, detergunt viscida, alvum deniq; aliis laxant, aliis adstringunt, ut fusiùs docet Joannes Hempelius Medicus apud Gregorium Horstium in dissertatione de Thermarum naturâ, Giessæ edita Anno Christi, MDCXVIII.

§. 4. Maea the isociar es vinum set neque hujus loci, dum de Rhenanum mulaquis tiplex. aquis duntaxat sermo est, quid de cujusque soli vino tunc senseris, sive quod Bacchari, hoc est, ipsius Bacchi ad aram, libavimus, ubi inter œnopolii arcana didicimus Inulæ radices transferendis in exteras oras illius vini cadis immitti solitas; sive quod Binghii Rincovianum & penè è regione Hochami in Michaelbergensi Moguntinorum Carthusiâ, Argentorati quoque omnium vetustissimum, annorum quippe tunc prope ducentodenique Heydelrum; bergæ supra ingensillud famâque ipsâ grandius Palaaulæ dolium de motinæ re consistentes, Serenissimi Principis justu hospitali compotatione ab ejus auli-

Heydelbergense dolium. JOS PR

DIO

CETT

VIVE

1100

pene

Hu

Har

Part

Dan

Cha

版

cis excepti potavimus. Cujus sanè dolii præconia
Poëtarum quorundam carminibus parieti affixa cum
cerneres, hanc quoque convivæ inter nos paulò hilarioris nomine à me Oden
penè extemporaneam elicuisti:

lac.

mus

1665

MAP

Wit.

nun

12EH

900-

en-

ye.

ab.

EDIO.

W.

dh.

11/2.

000

fini

Huc, huc remotis quot quot à plagis ciet

Haud vana fama buccina,

Huc advolate. Numen angusto suum

Non hic Lyaus poculo

Partitur: ingens ipse in immensa sedet

Regnator aula, divites (graves

Dum lustrat Indos quantus, aut quantus

Vibrare thyrsos dicitur,

Cum festa plenis orgia urgentem scyphis

Mille insequuntur Thyades.

Hoc fonte, si cui Casarum est cordi salus

Regumve, vota profluunt

Injussa:

Injussa: amicum libero absentem coli Cratere Liber vult Deus.

Haurite. Quod si Phyllidis torrent faces
Restinguet hic latex mage, an (dus
Augebit assum? Nullus à Eaccho est moInsanienti dulcius.

Evoe bibamus: mandat hoc Rheni arbiter Cui nunc salutem dicimus.

Et, unde moles annuo hac censu tumet, Hoc Rhenus, hoc Nicrus velit.

onde tantulum mihi digredi volupe fuit, ad aquarum inspectionem; immò à gelidis tandem ad calidas transeundum. Peragrato Rheni tractu Colonia Agrippina Juliacum, inde Aquisgranum reversi substitumus dies aliquot, in urbe cum vetustatis monumentis tum salutaribus thermis claris-

clarissima, quarum sanè ex Francisci Fabricii Ruremundani Aquensis olim medici, à Baccio etiam citati, lucubrationibus cum Bathoniensibus his nostris fimilitudinem . aliquam, qualem à me nunc poscis, Thomas Guidottus, hujus loci etiam medicus, in libello ab se edito, ingeniose an- dice, c.s. notavit.

UM.

6. 6. Ac primum quem- Aquifgraadmodum Granus quidam nenfium& Neronis Cæsaris, ut aiunt, ensium frater, illas thermas inter thermamontes sylvasque invenisse paratio. fertur, ibique in extructa ab se arce habitasse, cujus etiam suo tempore vestigium aliquod extitisse asserit Ruremundanus, vocatamq; Turrim

Turrim Grani: ita non minoris, immo haud paulo majoris vetustatis, quippe annorum ante Virginis partum circiter nonaginta fupra octingentos inventorem jactant hæc balnea, nempe Bladudum Britannorum Regem pariter ac Philosophum insignem, philosophicis mathematicisque disciplinis undecim ipsos annos Athenis excultum, si Balæo credimus, cujus fidem in iis tantum quæ religionem attingunt non immeritò elevat Joannes Pitseus initio libri sui de illustribus Anglia scriptoribus. Ab hoc, ficuti ab illo Aqua Grani, &, Angl. nota non nihil immutato posteà vocabulo, Aquisgranum, ita

ptorib.

de Balso.

Britannice Caer Bladud, pri-

ulquam

儲

ing-

210.

ano.

mo

自自

20

113

at.

THE STATE OF

10

100

0

ofte

1200

usquam à Balneis Bathonia dicta est hæc urbs : quam porrò memorat Camdenus noster Ptolemæum à thermis ύδαπα θερμά, Antoninum Aquas solis, Britannos yr ennaint twimin, Saxonas Akmanchester nominasse. Thermarum sanè æque ac monumentorum omnium aut etiam familiarum, nobilitas nimium quantum ab antiquitatis laude exaggeratur, cum novitas, quantumvis aliis rebus ornata, careat tamen illa ætatis quasi canitie, cui omnes summum honorem tribuendum censent. Qui ab ipsis usque Romanorum apud Ubios stationibus Neronisq; Cæsaris temporibus Aquisgranenfium thermarum cele-B 2

91

tan

11

Bri

TABL

para

1017

打山

con

dix

Bis

the

lebritatem arcessunt, fatentur prorsus quo sunt à nostrå majorumq; nostrorum memorià remotiores, vetustate quoq; ipså fieri quodammodo sanctiores. Aquisgranensibus thermis Conradus Gesnerus ipsius Caroli Magni Cæsaris, qui Imperii sedem ibi fixit, hæc verba profert: Cum quadam pro mea consuetudine venandi gratia egrederer, venissemque in opacam sylvam sequestratus à comitibus meis, inveni originem thermarum atq; palatiorum, que olim Granus, unus ex Romanis Principibus, frater Neronis & Agrippa primum construxerat, & jam vetustate quadam collapsa erant, spinisq; & vepribus obducta. 14ac ego rursus reparavi atque refarcivis

Lib. 2. de thermis. leg.

10.

um

Mis

ius

in in

敞

SW.

課

di

resarcivi, &c. At verò Bachonia nostra longiore multò seculorum serie ab antiquissimis temporibus derivatam thermarum suarum famam rectè gloriatur. Quam Britanni jam tum Caer Palladwr, hoc est, urbem Palladia aque dicebant, Solini Polyhistor ita denotat : In Britannia sunt fontes calidi opiparo exculti apparatu ad usus mortalium, quibus [fontibus] prasulest Minerva numen, in cujus ade perpetui ignes, &c. Sed multo ante Romam conditam à Bladudo, ut dixi, Britannorum Rege Eliæ Prophetæ æquali, Bathoniensium thermarum celebritatem ostendisse, non de Aquisgranensibus modò sed plerisque aliis merità vetustatis laude triumphasfe.

se est. Equidem non inficior, cum in Germania ejusq; finibus thermæ complures numerentur, Aquisgranenfium præ cæteris famam ad nos exterosq; omnes pertinere. Ut per mihi mirum videri debeat Philippum Grulingium Stolbergensem celebrem admodum scriptorem, hominem Germanum (cujus mihi quatuor voluminum, dum hîc moror, usum præstat Robertus Swaleus amicus meus, hujus loci peræstivos menses inter præcipuos medicus) dum reliquas Germaniæ thermas accurate percenset, Aquisgranenses invidone, an oblivioso silentio præterire. Tolerabilior certè in Andrea Baccio homine Italo Xwegyeapias error, qui

Lib. 4. de Toermis: ofi.

MES

anen-

am ad

BEET)-

ling

I Do

SW2.

15 0.

inter

den

fuz

ren-

mVI.

t CET.

mine.

ator,

011

qui Aquisgranum in Brabantia collocat. At Urbem inferioris Germaniæ celeberrimam, Imperii aliquando domicilium, unde inaugurandorum Cæsarum insignia etiam hodie comportantur, à Germano scriptore hîc prætermitti quis æquo animo ferat? Quam Bathonienfium thermarum notitiam Baccius cæteris hac super re scriptoribus impertit, accepisse se profitetur ex diligentia & studio clarissimi Viri Edvardi Carnii Cambro-Britanni Glamorganensis, Equitis aurati, apud Julium III. & Paulum IV. Pontifices Maximos Oratoris Regii, qui legatione perfunctus tandem Romæ est mortuus, sepultusque B 4

tusque ibidem in æde Divo Gregorio sacrâ, cum inscriptione ad posteritatis commemorationem permansurâ. Ejus familiæ, Carniorum nempe de Wenny, flohærede, felici rentissimâ modò fruitur, conjugio, fruaturg; opto, quam diutissime, Edoardus Mansellus Baronettus Margamii Dol minus, cujus præteritæ in me humanitatis ac benefihaud ciorum immemor (quicquid modò sir) honorificam hic mentionem inserendam duxi.

Comparatio à lo- urbem in valle sitam & corum siru & balneis ipsis. tramque consimili aëris salubritate, agris pinguibus
irriguisq;

Dirio

Cri-

OM.

111

010-

ur,

in.

ellos

Do.

11

6

ant

H.

in.

1

irriguisq; pascuis lætam, in utrâq; pares aquarum scaturigines, & quæ ibi præcipua sunt balnea duo, casarianum nimirum & Cornelianum referre nostra tum Regium cum Regina adjuncto, tum illud Crucis, ait idem Guidottus. In Porcetanorum verò balneorum cum Equino nostro, quod est extra portam hujus urbis australem, collatione, mirum quantum ignoratione loci, quem nunquam viderit, allucinatus sit. Siquidem Porcetana illa prope Aquisgranum & millia passuum ab urbe distant, & suis quæque scatebris, quod agnoscit etiam autor, exæstuant, usque adeò ferventibus, ut in eorum uno alterove sive immersis sive aquâ

aquâ perfusis alitibus plumas, & porcellis setas eximi astantes ipsi viderimus: cum Equinum Bathoniæ balneolum & urbis portam pene contingat, & defluente tantum è Regio balneo defervescenteq; rivulo alatur. Neque idcirco minus frequens Porcetanarum quam cæterarum Aquisgranensium thermarum usus, ut arbitratur hic autor, quod vis illis virtusq; minor infit; sed quòd ab urbe paulò remotiores minus commoda advenis hospitia præbeant. Immo verò constat ex medicorum confilio istas etiam sæpissime propter singulares earum virtutes à viris principibus præ urbanis eligi. Potuisset hic etiam idem autor,

eri.

inte

ill.

820

enf.

Vis

it;

10da

ant,

120

MIN.

len.

autor, si ea loca adifset, similitudinem aliquam animadvertere inter Bathoniense Leprosorum balneolum, & quæ pauperibus admittendis duo patent Aquisgrani, quorum alterum est propè Cornelianum, ut cætera, tedum; alterum verò in vicino Porcetanis campo inter mendicorum magalia sub dio. Sed & multo illis angustius est hoc Leprosorum, nec quemadmodum illa, scaturigine sua, sed uno duntaxat rivulo alitur ex adjuncto balneo, quod Fervidum vocant, defluente.

6. 8. Inquirendum hic Thermaesset, si vacaret, in thermarum caloris caux.
generatim, quæ aded sub
arcana

arcana reconditaq; telluris adyta refugiunt, ut ad eas vix ullus animo pateat aditus, oculis omnino nullus, nisi per cuniculos quosdam, & meatus anfractusq; vel casu contingentes, vel non longe à terræ superficie defossos. Subtilia plurimorum ingenia investigatio hæc semper fatigavit, dum alii alias hujus caloris causas adferunt, ut videre est apud Senecam, Naturalium Quastionum libro 3. capite 24. Plerique olim, quibus non pauci etiamnum adhærescunt, sensere ignes multis in locis terrâ opertos transcurrentes aquas calefacere, videturque Baccio clarissimum hujus haberi exemplum inter Puteolos

Lib. 1. de thermis cap. 18. ten

COI

PEI

100

MI

has

EX

tel

Ill

Dan

£25

di.

on

中部

& Neapolim in Campo Vulcani qui Sulphuraria dicitur, ubi per inclusas in salebroso collium ambitu subterraneorum ignium cunas aquæ permeant, quæ lebetis instar ebullientis perpetuò exæstuant. ad delitescentem intra telluris recessus, non quidem ignium, sed calidarum exhalationum copiam seculorum diuturnitate aggestam hæc revocant; quæ sicubi bituminatam ac sulphuream nanciscuntur materiam exardescunt illico, ferventesque è terræ cuniculis fontes egerunt; dumq; occlusi spiritus & velut expiratione intercepta strangulati foras perrumpere conantur, ita cientur, ut multà

tò acrius recalescant. Accedit certè plurimum ad ignis proprietates exhalationum harum natura, unde etiam subinde Ignis vocatur, pari utique ratione quâ in humano corpore juxta Philofophum, में महीाड प्रार्थिय वेमार नह en the upper tues, conco-Ctio dicitur ab igne fieri qui est in humido. Neque enim immeritò febrem ab æstuante intus calore Græci mupelov, Hippocrates etiam πυρ aliquando nominat. Mihi verò liceat pedibus ire in Jordeni nostratis sententiam, qui exploso isto à subterraneis ignibus thermarum calore, à fermentatione quâdam in telluris visceribus nonnullis in locis facta, fervorem aquarum omnem

in

(Ur

Teh

11. 100

ex

1023

智品

bit

mi

CB.

nis

IM

am

Da

H.

18

NO-

qui

que ab

ai

an

111.

DOS

100

03

her-

nen-

his

100

MIL

nem

omnem provenire afferit. Hanc sententiæ proxime à me recitatæ meo judicio valde affinem fusius probat illustratq; Joannes Mayow, in libro de Bathoniensibus Thermis nuper edito, ubi docet aërias particulas, quas unà cum aquis pluviis for lum iplum exorbet, sicubi salino-sulphureæ mineræ in intimis terræ visceribus occurfant, calorem admodùm, vehementem excitare, aquarumque tandem scaturigines è minera eo modo exæstuante profluentes thermas constituere. Particulis porrò aëriis imbibendis, augendoque thermarum æ-Aui nonnihil conducere arbitratur Mayow celsissimorum montium Bathoniam

quo-

quoquoversus ambientium profundos præruptosque sinus, in quibus huc atque illuc repercussus aër acriore impulsu in terram penetrat: additque postremò in horum confirmationem, in Bathoniensibus his thermis mineram quandam inesse salino-fulphuream, marchasitis illis, ex quibus vitriolum conficitur, non omnino dissimilem, & proinde hujuscemodi fermentationi fovendæ perquam accommodatam.

den

Mineralium utrobiq; collatio. 6. 9. Mineralia insuper, quibus utrobique præstant hæc balnea, paulum oppidò inter se differre affirmat idem Guidottus. Quod etiamsi ex ipso aquarum colo-

lion

1

900

nore

rate

10.

B2-

TEIS

oche

rh.

trio-

colore, odore, sapore non satis liqueat, potest tamen chymico artificio investigari demonstrarique. Etenim ex antedicto Ruremundano de Balneis Aquensibus, te-Baccius, ste itidem Baccio, con-lib. 4. stat, Casariani illius balnei aquam referre modis omnibus naturam sulphuris cnm admistione nitri modici: nostrumq; hoc Regium eadem refert, quamvis plus nitri quam sulphuris, quibus præcipuè etiam bitumen additur, quod Corneliano Aquensi balneo inesse similiter Ruremundano videtur. De Baln. Edoardus Jordenus Bathoniensis antehac medicus in luculento opere de naturali- cap. 16. bus balneis aquisq; mineralibus, Somer setanas has thermas bitubitumen præcipuè ac ni-

trum cum aliquanto sulphure continere docet; proindeque tum introrsum sumptas, tum immersis corporibus extrinsecus perutiles esse. Quod horum vim virtutemq; penitus inspicientibus passim autoribus evacuatio- probari intelligo. Siquidem Galeno teste lib. 1. De tuenda sanitate, cap. 6. plerisq; aquis, quæ medica pollent vi, exficcandi facultas quædam inest; quæ, fi etiam calefaciunt, frigidæ humidæq; intemperiei prosunt, morbisq; expituità con-Minerali- tractis. Præcipue verò quæ nitrosæ sunt strumarum tumores minuunt & nervorum

vitia sanant, idque non ad-

stringendo, sed abstergendo.

Qua-

Vide Grulingium de triplici univer salis nis genere. parte 3. de balneis naturalib.

um in thermis medendi virtutes.

n'

fol.

-010

am

100

Ti.

FID

WOI-

iqui-

De

ple

gide

000-

(00)-

也

(IIII)

益

Quapropter & scabiem pellunt, & emendant cutem, medenturq; purulentis auribus instillatæ & earum inflammationibus tinnitibusque. Bituminosæ aquæ interioribus corporum vitiis medentur potæ, earum verò balnea nervos calefaciunt emolliuntque; cæterum caput implent, sensibusque, præsertim oculis, nocent. At verò sulphureæ nervos pariter emolliunt calefaciuntq; & tum contracta resolvendo, tum laxa & tremula contrahendo doloresq; mitigando haud parum profunt. Quinimmo dolores artuum discutiunt, medenturque chiragræ, podagræ, coxendicum cæterorumq; articulorum morbis: addo & jecoris, C 2

coris, lienis, uterique dolores, quorum etiam tumorem sedant. Ventriculo nihilominus obesse solent; at ulcera scabiemque sanant, & lentigines, impetigines, vitiliginesque vel omnino tollunt vel certé minuunt.

Comparatio à balneorum numero.

6. 10. Aquifgranensia balnea (ut de vicinis Porcetanis utrobique nihil dicam) si recte memini, funt omnino sex, distinguunturq; his nominibus, nimirum, Cafariani, Corneliani, San-Eti Quirini, Rosa, Parvorum balneorum, Compusii denique, quod vulgo etiam Pauperum balneum nominatur. merantur pariter Bathoniæ totidem; nempe Regium, Regina, Crucis, Fervidum, Leprosorum, denique Equinum extra

tur

MS

Fern

lerv

extra urbis portam, quæ quantum inter se discrepent paucis expediam.

010-

em

10:

ul.

36

1835

DI,

9. 11. Itaq; Jordeni po-cap. 17. tissimum autoritate nixus, vix aliam ego horum balneorum dissimilitudinem statuo, (cum ex iisdem Bathonimineriis profiliant, & bi- nea quid tumen, sulphur ac nitrum inter se perinde contrahant,) quam calore, quæ intensioribus remis-mineralisioribusque caloris gra-bus,me-dendi virdibus efficitur. Regium tute. balneum fervore cætera & laxitate superat: ad cujus calorem proximè accedit quod vulgo hacenus, tanquam καΤ' έξογην, Fervidi nomen obtinuit, quamvis eodem caloris intervallo istuc quidem Regio

concedat, quo Crucis balneum illi quod Regina dicimus. Spectato igitur caloris gradu, tertio loco censetur Regina balneum, quod cum nullas habeat scatebras suas, defluentibus de Regio proximo, quippe interposito tantum muro, aquis, ad eandem quâ Regium altitudinem impletur, eo temperatioribus quo sunt remotiores à scatebris. Calore postremum est Crucis balneum, cujus sunt quatuor solummodò scaturigines, & cui plus quam in cæteris nitri inesse afferit Jordenus. De leprosorum immundorumve balneolo nihil attinet dicere, cum non aliud sit quam Fervidi additamentum, ejusq; ex perfos-10

coj

tio

Cra

130

ba.

ich

61-

cen.

dod

ate.

de

12.

列制器

foot

III.

11181-

112.

01-

in

M.

fo pariete profluat: quemadmodum etiam, licet majori distantia, manantibus ex Regio aquis Equinum adimpletur, occlusa ad easadem retinendas cataracta, quoties morbidos equos immergendi necessitas id postulat.

orundem, (quos supra pro cujusq; mineralis virtute recensui) medelæ, Bathoniensibus his thermis siunt, alias Regio Fervidoq; pollentioribus, alias Regina & Crucis mitioribus balneis pro ratione virium ad prolixiorem immersionis moram subeundam. Quin & postremo huic majorem nitri vim, ideóque præstantico em corem

Cap. 17.

Cap. 7.

orem discutiendi, abstergendi, emolliendique facultatem inesse tradit Jordenus, & secundum illum Guidottus. Equidem non sum nescius recentissimum autorem Joannem Mayow, in vulgatis superiore anno super hoc argumento lucubrationibus suis, quæ de nitro & sulphure Bathonienfium thermarum credidere hactenus scriptores impugnare, quorum neutrum his aquis solutum inesse pluribus conatur ostendere. Bituminis etiam sive ejectamenti cujusdam bituminosi sulphurisq; particulas, tametsi una cum thermarum scatebris egeri fateatur, quas tum thermarum undis supernatantes videas, tum fundo

bire

acio

125,

fer

Suit

10 1

tagt

ilen

jeda

parp

9000

回の回

lite.

fi.

or.

am

non

mun

MOW.

BDO

IU.

en-

lien.

dere

100.

dis

Bil.

Bi.

th.

inofi

18-

1181

fundo adhærescentes, nequaquam dissolvi asserit. Ego verò in re à meis studiis adeò aliena sententiam hîc meam non interponam. Notatu certè dignum eundem Mayow vel inde probare Bathonienses thermas acido quodam sale præditas, quòd earundem aqua fervefacto lacti affusa coagulum faciat. Advertit porro idem Regium balneum tantillo vitriolo imbui, Crucis verò & Fervidum non item. Siquidem contusæ gallæ Balnei Regii aquis injectæ easdem colore atropurpureo leviter tingunt; quod Crucis, Fervidig; balnei aquis nequaquam evenit. Quin etiam thermarum fabulum ait aliquandiu conserva-

servatum aeriq; expositum injectis gallis aquas similiter atro-purpureas reddere. His adjungo quæ mihi præsenti spectantique experimenta exhibuit sæpius à me nominatus, Thomas Guidottus, Bathoniensis tum medicus tum incola, & harum thermarum folers juxta ae sedulus indagator; cujus peritiæ, diuturno usu hic auctæ, monumentum justo volumine propediem edendo expectamus. Ipsius verbis, quæ mihi amicè & benevolè de his thermis scripto tradidit, hæc accipe:

"Acetum aut etiam a"qua communis, cum gut"tulis aliquot spiritus vi"trioli injectis, arenæ sive
"themarum sabulo affusum,

"fer-

" fermentationem creat e-

"absimilem. Quod lapidis

" cujusdam, vulgo Freestone,

" misturæ adscribitur.

DO

nik

de-

idi

ine-

15 2

allia.

um

M-

ONCE

THIS

211-

100

vole,

113-

20

ont:

7).

file

600,

"Efficitur etiam idem
"motus fermentativus mi"stura luti arefacti, aut
"ochræ sive terræ luteæ
"magna quantitate cum
"thermarum halitu erum"pentis, & postea præcipita"ti super lapides in ther"marum fundo, qui omnes

"aut lutei sunt, aut vi-

"Continetur etiam in thermis sal nitrosus cum

"fale quodam alkalizato,

e qui in aquis solutus, &

e potantibus & lavantibus

"magno est usui.

Urbium ipsarum compara-

dò breviter horum balneorum situm, aspectum, siguram, amplitudinem, cæteraque adjuncta, quoad ejus
sieri poterit, eorum, quibus
hæc impertienda duxeris,
oculis animisque subjiciam.
Bathonia, cujus supradixi
non absimisem Aquisgrano

Bathoniæ descriptio.

non absimilem Aquisgrano situm in convalle collibus interjectà, hoc certè dissert, quòd altioribus undique obvallata montibus velut amphitheatralem in speciem inslexis in rotundà planitie includatur; quam Avona slumen nobile sinuoso slexu alluens, circumjacentium hortorum pratorumq; ubertatem pariter atq; amœnitatem auget. In quadrata

tist

CODE

tiden

BOU

biis

quo

perdi

Quin

anus

dixe

Min

18

moli

2018

mo-

100-

DUS

IIS.

an.

002

TI

tis mœniorum lapidibus veluti Gorgonum, serpentium, similiumq; contritas vetustate figuras varias cernere est. Horum ambitus mille passus non excedit, portis omnino quatuor, quæ à totidem ventorum cardinibus nominantur, exclusis suburbiis. Aditus habet quoquoversum per prærupta & confragosa lapidibus loca perdifficiles, ut, quod de Quintianis balneis Claudianus, de his etiam appositè dixeris:

Nympharum dominum nimiùm mirabe-Inter dura viæ balnea qui posuit.

Commodiora tamen hîc multò quàm Aquisgrani advenis hospitia præbent, cùm

cum diversoria publica, tum privatæ civium ædes planè elegantes & pari propemodum altitudine ex quadrato lapide, supellectili insuper honestissima instructæ ornatæque, quas æstivis menfibus conductitias locant. Habet etiam illud Bathonia nostra cum Aquisgrano commune, quòd utrobique primaria ædes prope præcipuum urbis balneum, cafarianum illic, hic Regium extructa fit, Christianis templorum fundatoribus propiore, sicut ego interpretor, cultu venerantibus multo æquiùs in his thermis præsentiam numinis quam antiquiores etiam ethnici, Aristotele teste, cum ra bep. μα isea dictitabant. Confonat

((8)

御

104

Off.

Bu

lap

(III

Apud Cæl. Rhodigin.l.30. c. 15. sonat eatenus religiosa Claudiani Musa de Apono

, lim

城

·100

otst

aper

Maa.

nen.

Mat.

itho-

1200

201

m.

ex.

010-

DIZ

0.20-

Quis casum meritis adscribere talibus
Quis negat autores hac statuisse Deos?
Ille pater rerum, qui sacula dividit astris,
Inter prima poli te quoq; sacra dedit.
Et fragilem nostri miseratus corporis usum,
Telluri medicas fundere jussit aquas.

templorum mentio incidit, prætermittendum non est Aquisgrani, quippe ampliore in urbe; tot Collegiorum cœnobiorumque accessione aucta, plura omnino numero esse, & specie præstantiora, quam continere possint Bathoniæ angustiæ, ubi tres tantum Ecclesiæ numerantur; nimirum primaria Aposto-

Primariæ utrobique ædis col-

Aquisgranense

postolorum Principibus Petro & Paulo dicata, duæque prætereà, quarum altera Divo Michaeli Archangelo, altera Divo Jacobo Apostolo sacra est. Attamen nihil gratiæ vel invidiæ dedero, si ostendero inter præcipua certè utrobique templa, excellentiæ principatum Bathoniense Aquisgranensi nequaquam cedere. Demus sanè, videri templum, merito illam Caroli Magni Cæsaris non modò ædem cœlitum Reginæ facram, sed augustissimum quoq; immortalis gloriæ Herois Mausolæum; demus, non fine spectantium admiratione. medium templi fornicem sic arcubus & columnis marmoreis iifq; versicoloribus susten-

den len ille

(th

sin

020

Cri

(87

DI

Pe

que

Di-

cio,

M.

men

018

liet

H

ini

mif.

ede,

eri

ing

ten

idel

1

他。

fine

one,

nfi:

TII-

部

en-

sustentari, ut altitudine duplici etiam choros pensiles in gyrum fulciant, quorum in medio corona itidem pensilis è summo templi tholo, axe funibus innexo, vasto orbis sui circuitu ardentes undique cereos solemnioribus festis explicat, illustratq; latissime omnia; cujus coronæ moles tota, quæ olim aurea fuisse perhibetur, modò enea est vel ferrea, quippe cum duri sæculi moribus immutata: demus ad extremum non gravatè supellectili opulentà, altarium reliquiarumq; ornamentis, aureis argenteisq; vasis, cæteraq; apparatus sacri magnificentia nostram hanc cum illa neutiquam decertare. At side ipsaloquimur fabrica deque molis ipfius

sius majestate laxitateque, non verò integumentis rerum speciosis ascitisq; ornamentis, in quæ tanquam superstitiosa infelicis sæculi rabies hîc sæviit, Bathoniensem hanc Abbatiatemplum. lem olim, modò Cathedralem Ecclesiam, illi forsican anteferendam statuemus. In templi vestibulo, elaboratis affabrè signis decorato, præaltæ utrinque è secto lapide scalæ prominent, quæ mysticam illam Jacobæam sursum deorsum commeantium Angelorum simulacris referendo, admonent Ecclesiarum ingressu adiri oportere commercia cum cœlitibus. Sed aliam quoque habent hæ binæ scalæ significationem, nimirum duorum Jacoborum, hoc est, Regis

Bathoniense

que,

It.

lam

2

Ba.

Ti2-

112-

ette

is, In

gatis

7/2.

ide

M.

mi-

20015

cole

pot-

elife

oper

的此

egis

Regis & ejusdem nominis Montacutii Præsulis, quorum auspiciis sunt erectæ, velut munificentiæ gradibus astra & nominis æternitatem peti. Et quidem Montacutii stat è regione suggesti monumentum sanè magnificum, atque inter præcipua familiæ decora Henrici posteà Mancestriæ Comitis gentilitiis insignibus & nomine ornatum. Hæc foris explicati fignisq; audi propylæi majestas extima promittit eam, quam intus oculis offert deinde structuræ pulcherrimæ amplitudinem. Habet, ut pleræque Cathedrales Basilicæ figuram crucis. Sed quæ longissime protenditur medii templi concameratio D 2 fub-

sublimis juxta atq; elegans aspectum fatigat simul & delectat. Nihil est hac æde serenius, tantum undique à creberrimis fenestris haurit lucis, quarum unâ præ cæteris ingenti odæum mirifice collustratur. De totius operis nullis subnixi anteridibus ftructura mirabili, perpetuisque quadrati lapidis commissuris, de fastigio plumbeis contecto laminis, & limatis è secto lapide cancellis redimito, de turri denique superbissimis fornicibus suffulta elataque ad pedum omnino centum & sexaginta duorum altitudinem, quam gradatim quaternis, hoc est, singulis in unumquemque angulum cocleis ascendimus, & cuius

(47)

jus in supremo tabulato appensarum è lacunari campanarum, solemni pulsu cadentes in numerum soni, Vide Hen. nonnunquam ad septem chapmanne millia passuum exaudiuntur; divivas, non est quod plura incul- pag. 5. cem, quibus Aquisgranensi Basilicæ Bathoniensem non usquequaque cedere palam fiat.

unâ

mus

De

ma-

fa.

I

5. 15. Regii balnei per-Regii balpauculis à summâ æde pas: neidescrisibus disjuncti aspectum figuramque nunc accipe. Exclusis parietum, quibus continetur, scalarumq; recessibus, in longitudinem sexaginta pedes porrigitur, patetque in latitudinem triginta novem; fornicibus verò scalarumq; gradibus & sedilibus

dilibus comprehensis, adjiciendi utrique dimensioni pedes quinq; ut proinde sit pedes sexaginta omnino quinq; longum hoc balneum, latumq; quadraginta quatuor. Medio secundum longitudinem spatio stat lignea moles eleganti opere turriti ad instar tabernaculi, patente transitu, affixisque cum introrsum magno lavationis commodo tum extrinsecus scamnis, dum prorumpentium eo loco scatebrarum à modò obambulantibus modò per intervalla sessitantibus primus fervor excipitur. Sunt tum inutrâq; extremitate tum ad septentrionem longo ordine fornicati recessus circiter quatuordecim, in quibus fub-

Uth

coho

Proj

Illeri

Prob

tod

1

loni

fit

nta:

De.

nta

UR

art

ODE:

102.

Ax.

0

118

105

nn

m 20

fine

subducentibus se ab imbribus, siquando ingruunt, immò quoties libitum cuique est, considere licet. Ad austrum verò sedilia duntaxat in propatulo totà muri longitudine protenduntur. Ad hæc subjiciuntur nimiùm subsidere nolentibus mobilia saxa, quæ balneatores utiq; duri homines pulvinorum molliori vocabulo cohonestant. Substernitur undique duplici latoq; admodum gradu pavimentum usu tritum & lubricum, cui proptereà, ut insistere aut ingredi fine casu aliquo aut prolapsione possis, in promptu sunt parietibus affixi, quos manu prehendas, ferrei annuli. Ex circumstructis supernè pergulis, 4

præterquam ab australi latere, despectus paret in balneum, quatuorque diversis ex locis descenditur apertis scalarum valvis, quæ Dominicis diebus, horisque intempestivis, quemadmodum in cæteris etiam urbis balneis, occluduntur. Conspicitur porrò è septentrionali latere horologium tum solare tum rotatum, quo monearis ne præstitutum in balneo tempus excedas. Ornavit hujus balnei muros, ejusdem qui pavimentum etiam substravit, Francisci Stoneri de Stonero Equitis aurati munificentia eximia, superadditis è sectili lapide tortuosis cancellis, cujus etiam extant inserta australi muro gen11.

tein

01

hith

PIS.

00-

lem.

ian

Digr.

pten-

giam

WE-

pari-

CEPIL,

one.

nif.

dits

gen-

gentilitia insignia, & prope Bladudi Britannorum Regis imago cum inscriptione Anglicâ, quam verbum è verbo Latinè sic reddimus.

BLADUDUS LUDHUDIBRASII OCTAVI A BRUTO
BRITANNORUM REGIS FILIUS, PHILOSOPHUS JUXTA AC MATHEMATICUS
MAGNUS, ATHENIS EDUCATUS, HÆC BALNEA
PRIMUS RETEXISSE FUNDASSEQUE TRADITUR;
ANNIS ANTE CHRISTUM
SEXAGINTA TRIBUS SUPRA OCTINGENTOS, HOC
EST, ANNIS AB HINC BIS
MILLE QUINGENTIS ET
TRIGINTA QUINQUE.

ANNO DOMINI, MDCLXXII.

9. 16.

aci

Reginæ balneum.

9. 16. Regina balneum, hujus muri solius interpositu, Regio adjungitur, estque illo ferme dimidio angustius, quippe cujus æqualia undique latera, sedilibus itidem fornicibusque comprehensis, nulla quadrati parte triginta pedes excedunt. Sunt hîc à lateribus tres quatuorve latiores fornices, in quarum fingulis percommodè sex vel septem unà consideant, substerniturque pariter etiam duplici gradu ex quadrato lapide pavimentum, & parietibus adduntur, quos ne prolabaris arripias, annuli ferrei. Constat hoc non ex suis sed influentibus, patente semper ostio, Regii balnei aquis

ofi-

que

alia

DUS

100-

rati

for-

reir

aquis eò temperatioribus quo funt ab origine remotiores. Binis duntaxat ab occidente scalis huc descenditur, inter quas reductus interior aquarum secessus est valvisq; clausus decem circiter pedum longitudine latitudineq; pari. Cæterum haud scio majoréne advenarum commodo an loci ornamento fint densæ admodum excelsæq; privatorum domus, quæ tanquam theatrali ambitu hæc balnea includunt. Siquidem & conclavia intus plurima nitidâque supellectili instructa hospitibus excipiendis in promptu sunt, & eminentes extrinsecus è sectili lapide cancelli pergulæque jucundissimo prospectu alliciunt ad-

advenas, &, quod caput est, expedition hinc pater vel ex cubiculis ipsis in adjuncta balnea descensus, quam ut gestatoriis sellis, quibus remotiores tantummodò advehuntur, opus fit.

6. 17. Inter urbis compita, ac velut interiore in finu, sunt alia duo balnea magnitudine murorumque quibus cinguntur, altitudine non admodum inter se dissimilia, Crucis nimiram Fervidumque, passuum circiter triginta spatio inter utrumq; interjecto. Habet Crucis balneum, sedilibus, balneum. fornicibus, & gradibus comprehensis, pedum tantum viginti novem longitudinem;

tri

(60

Lo

De

ple,

pati

Crucis

apple .

atet

ad-

fis,

lis,

Un.

DUS

UI.

ater

ibet

bus,

en.

WI

面;

nem ; latitudinem verò viginti trium : est tamen oppidò concinnum commodumque. Elegans sanè medio spatio consurgit moles, cujus distincta in orbem columellis sedilia absidesque conopei instar testudo modica coronat, quam hoc anno expassæ plumbeæ laminæ additamento tanquam restitutæ hic sanitatis anathemate dilatavit Gulielmus Cous Northamptoniensis Armiger. Ornamento est superne Leo erectus triumphalem unguibus Crucem præferens, quâ vicit Leo de tribu Juda, & à quâ inditum huic balneo nomen verisimile est. plex huc opportunis horis, patefactis scalarum valvis, eft

est aditus, & extructi spechantium commodo in utrâque extremitate xysti, quorum uno locum auxit hoc itidem anno vir inter Angliæ proceres de hac urbe præclare meritus, Robertus Baro Brookeus.

Balneum Fervidum. Bathes fol. 16.

6. 18. Balneum Fervidum (cui veteres, ut videre est apud Cambdenum, ayde, lib.2. illoque antiquiorem Joannem Jonesium Medicum, cujus de hoc argumento librum habéo annis abhinc centum & tribus editum, caloris præ cæteris virtutifque primas tribuebant; recentiores cum Tordeno Guidottoque non item) cum sedilibus & fornieum scalarumq; recessibus, est lonlongum triginta pedes, latum verò octodecim; habetque extremorum unum altero explicatius, sibique adjunctum, cujus supra meminimus, Leprosorum balneolum.

Tra.

INO.

An-

libe

FEUS

10)

000

6. 19. Repete jam, a- Collatio mabo te, Aquisgranensium à balneothermarum memoriam, bal- bique forneorumque illorum angu- mis. stias confer cum nostrorum amplitudine ac laxitate. Habent illa, fateor, quippe complures singula in alveos partita secretioribus paucorum recessibus accommodatiora lavacra, fornicibus insuper tectisque ab aurâ defenduntur : habent & sua undique à lateribus fedilia, & planum atque

que æquabile pavimentum, quod in nostris ne prosilientes humo scatebræ oppilentur, fieri nequit, cum in illorum fingula per foramina prout libuerit obturanda è parietibus aquæ influant effluantque: habent denique scrupulosæ offensionis fastidiique delicati remedia, dum ab ignotorum conspectu seorsum quisque, vel subinde etiam uno alterove comite adhibito lavatur; estque, ut alia sileam, vel ipsum Casarianum balneum in ejusmodi diversos alveos sex septemvè distributum. Notandum verò en παροδω perperam à Baccio aliisque peregrinis Scriptoribus Regium dici, quod vulgò Reysers badt, hoc est, ca. Carianum

DIED

Bece

Vitte

EB:

en.

110.

26

ef.

QUE.

Silly

100

11

erlos

Mi-

10.8

CON

900

sarianum balneum appellatur. Attamen hæc omnia aliis nostrarum thermarum commodis abundè compensantur; nam & ex omni parte. aperto cœlo spiritus hic liberiùs ducitur, & vapores fine interclusione aut angustiis citius exhalantur, & postremò per urbanitatis officia mutua, & colloquia eodem in loco fimul convenientium notitiæ faciliùs necessitudinesq; ineuntur.

§. 20. Intrant hæc bal- Balnea nea viri subligaribus linteis nostra inumbilico tenus induti, pi- quomodo leolisque nocurnis ab aura induti. defensi, cætera nudi, nisi cui libuerit interulis ex simplici linteo & pro more loci vittatis reliquum corpus tegere ;

gere; quod antehac perhibent non sine maculosæ aut illuvie scabræcutis suspicione factum, eique vitandæ coactos tunc omnes nuda pectora scapulasq; ut plerisq; jam est in usu, ab omni contagione integras ostentare. Fæminæ pariter ex simplici & necdum insolato linteo talaribus vestiuntur supparis, quibus pro cujusque gradu aut arbitratu plus minusve ab atris tæniis ornamenti additur; quemadmodum & capitum calanticas & cincinnorum redimicula, honestioribus versicoloribus quibusque vittis & lemniscatis segmentatisque laciniis concinnare, modeste tamen, & veluti nocturno cultu, mos eft.

200

CLO-

1

est. Quin etiam in crucis balneo ipsi considentium feminarum fornices elegantibus fasciis institisque, aut reticulatis affectatæ verecundiæ velamentis obtenduntur.

que sexui ad obsequia res.

que sexui ad obsequia res.

omnia paratissimi balneatores, nisi malis sominis
ancillantes cum * aliqui-* Petron.
bus balneatrices dicere: apud Servium Coo.
præsto inquam, sunt qui pero teclaudicantes insirmosq; si-ste.
bi innixos sustineant, & modò ægros manibus artus de- Antliafricent, modò antliæ subdi- rum apud
nos usus.

tos vehementiore emseoxy
tanquam torrente persundant. Libet hic cum suprà
dicto Jordeno annotare
E 2 hunc

hunc antliarum usum, qui apud nos viget, in exterarum gentium thermis vix usquam adhiberi, sed illarum loco stillicidia quædam, sive quas Itali Duccias vocant, è quibus vel pertuso labro (quod mihi finistro humero laboranti in Casariano Aquisgranensi balneo factum memini) vel per cannas, de quibus Bendinelli tractatum consule de Balneo Corsennæ, unde guttatim, & minori cum calore aquæ defluunt: cum ex balneorum nostrorum antliis, incitatiore impetu æstug; fervidiore per siphones plumbeos ab ipsis usque scatebrarum originibus haustæ, adapertos mollitorum jam artuum poros penetrent.

fiat

400

M.

Vit

12.

1

13

100

ple.

trent. Et verò haud paulò cariùs nobis constat balneatorum utiq; lacertosorum hominum antliarum manubria torquentium labor, quàm suæ veteribus lavationes, de quorum non nemine Horatius,

—Dum tu quadrante lavatum Lib. 1.

Rex ibis.

Serm.

Sat. 3.

Et Juvenalis, Cadere Syl-sat.6.

vano porcum, quadrante lavari.

Hîc enim centenos pulsus duobus assibus, millenos vigintiæstimant. Sed neque per balneorum præsectos, quorum cùm balnea tempestivis horis aperiendi claudendiq; tum ne quid indecorè siat cavendi munus est, quadrante lavari hîc licet, cùm

E 2 ex-

expectatis, non pactis majoribus donis opiparè habeantur. Augendo porro famulantium numero adsunt etiam adductæ mercedulis vetulæ, quæ madidis redeuntium pedibus substernant in gradibus panniculum, ut nihil dicam de cubiculariis, aliisq; administris, qui lodicibus illico & stragulis involutos vel in proximorum conclavium cubilia inferunt, vel gestatoriis sellis remotiora ad hospitia portant.

Antliæ ficcæ.

§. 22. Ad ea quæ de antliis jam dixi addendum quoque nonnullas hîc esse, quas non satis apto nomine siccas vocant, quòd in adjuncto balneis conclavi in siccà

tion

Prec

112.

Int

1/3

色

int

H

IIIS

sicca sedecula collocato vestitoq; cuilibet unumquodpiam membrum, cæteris
intactis perfundi possit;
suntq; illorum potissimum
commodo adinventæ, quorum calori renum, aut alii
cuipiam morbo totius corporis immersio obsit.

flitutam thermarum collautendi
balneis
tionem prosequar, alia sunt utrobique
hic atq; Aquisgrani illis utenditempora. Etenim Aquisgranenses, sicut pleræque exterorum thermæ,
propter æstivorum calorum
molestias nisi vere atq; autumno non adeuntur. Nostræ verò, quippe temperatiore sub cœlo, per æstivos
præcipuè menses frequenE 4 tantur.

Horarum quoque tantur. est nonnulla utrobique differentia: qui enim Aquisgrani balneas matutinis horis ineunt, vespertinis plerumque easdem repetunt, immo vix ullum diei tempus contingit, quin sint ab aliquibus occupatæ. Nostræ verò primo tantum diluculo honestiorum cujusq; ætatis & sexus plenæ sunt, reliquo die non item. Et quidem Vespertinæ horæ imbecillium vulgo, & ludibundis natantibusq; puerulis permittuntur. Næ illi veteres voluptati magis quam valetudini indulgebant suæ, qui pomeridianis balneis utebantur. Quod cum ex M. T. Ciceronis ad Atticum epistola qua-

Lib. 13.

dam

dam

light

fin

(67)

dam de Cæsare cœnâ excepto, ubi post boram octavam
balneo se refecisset, tum ex
Martialis convivium appa- Lib. 10.
rantis Epigrammate colligitur:

Nunciat octavam Pharia sua turba juvenca, &c. Temperat hac thermas, nimios prior ho-

ra vapores Halat.

il.

no-

Dif.

Int,

em.

tab

101.

ulq;

est,

en.

agis

ge.

inis

Illorum octava erat quam nos secundam à meridie dicimus. Et Plinius de Vestricio Spurinna hæc habet:

Thi hora balnei nunciata est, Episto-larum, l.3.

(est autem byeme nona, astate Epist. 1.

octava) in sole, si caret vento, ambulat nudus, &c. Lotus accubat. En pomeridianas horas, hyeme tertiam, æstate

him

MEB

Pan

por

fecundam. Tertullianus denique de Jejunio adversus Psychicos ita loquitur: Apud quasdam verò colonias præterea annuo ritu, &c. Balnea & tabernacula in nonam usq; clauduntur. Hoc est, in tertiam, ut modò dixi, pomeridianam. Advertendum nihilominus ægrorum etiam veteres rationem habuisse, cum cæteris à balneo publico ante horam octavam prohibitis, ut tradit Spartianus in Adriano, ægri soli exciperentur, quibus concedebantur utique matutinæ horæ. Ego verò quamvis olim vespertinum æquè ut matutinum hic balnei usum in more fuisse intelligam, inveniamque hoc inter præscripta annis abhinc

Sde.

erlar.

UI;

ontis

Bal-

, 10

tiam

ille,

mb.

疆

200-

hinc centum & tribus à Lib. 4.

Joanne Jonesio supra dicto hujus loci medico documenta; hodie certè diluculo tantum post refectas nocturna quiete vires, moram in balneo justam procujusque robore valetudinisq; ratione commodissime adhiberi video.

6. 24. Abstersis prætereà sordibus Regis Reginæq; balneis alternis diebus renovantur aquæ; singulis verò Crucis, Fervidoque, quippe angustioribus, eòque citius inquinandis, & sæpius repurgandis.

6. 25. Neque sese in has Bathonithermas immergentium corpora tantum, sed complu-rum potarium tio.

CON

EHE

Per

nen

hatt

adh

DOB

fen.

fex!

900

perf

pedi

aife

dien

Dere

pton

mult

con-

rium idcirco huc adventantium etiam fauces & guttura plenis haustibus proluuntur. Quin & mihi pariter ex medicorum præscripto, intermissis aliquandiu balneis, cum Plautino Stasimo dies aliquot thermopolare gutturem necesse fuit. Non me fugit nostrorum multos persuasum habere novum planè esse, nec nisi perpaucis ab annis usitatum aquas hasce calidas bibendi morem, quem hîc sicut Aquisgrani etiam, aliisq; in locis potissimum inolevisse arbitror, postquam Borboniensium * in Gallia thermapotatio medicorum rum commendatione celebrari cœpta est. Attamen ex Jonesio nostrate jam citato

Trinum.

* L'Archambaut.

Lib. 4. fol. 28.

Otan.

lttp.

Quo.

Hiter

IPIO,

bal.

umo

Hart.

Nu

ultos

YHID

DC15

115

*0E

mil-

ıhi.

ONI-

ma

THE R

yen

E

constat ante annos centum hujuscemodi potationem etiam hic præscribi solitam. Per annexum antliæ siphonem ex ipså scaturigine hauritur hæc aqua fervens adhuc & limpida, gustuiq; non ingrata: & repurgato pridie corpore, benè manè sensim bibuntur prima die sextarii tres, interpositis moderate ambulatiunculis, quò aquæ faciliùs motu persuant. Altero die addendus sextarius unus, & pedetentim sequentibus diebus progrediendum usque ad sextum. Post continuatam dierum aliquot potationem per eosdem deinceps gradus eò descenditur unde cœptum est. Salutares permultis has thermarum aquas nfus

usus docuit. Appetitus certè his non secus ac perennibus acidulis paritur, qui, fi aquæ non prodessent, sanum hominem solus redderer, cùm, quod Aquisgrani etiam animadvertimus,

Sextarius alter Ducitur ante cibum rabidam facturus orexim. Juven. Sat. 6.

Apud Capivaccium,

Quemadmodum verò ex lib.3.cap.8. Avicennâ discimus aquâ frigidâ augeri sitim, tepidâ verò minui; sic consequenti balnea siti occurrere unum & alterum hujus aquæ calidæ haustum usus docuit. Habetur porrò hîc semper in promptu ab antliis in unoquoq; balneo, cum uno duntaxat, eoque satis remoto

lar

物語

ile.

OM.

0i, 6

inter

eret,

grani

Fau

quen-

cuit

noto

remoto fonte Aquisgrani arcessenda sit. Cæterum de largiori hujus aquæ potatione una mente consentire medicos intelligo ne iisdem diebus fiat, quibus balneis utimur: quamvis haustum ejusdem modicum etiam in ipsis balneis cum arcendæ siti, tum sudori augendo nostri juxta atque Aquisgranenses medici per-Didier. mittant. In opusculo quod pag. 68. de hoc argumento sub Eugenii Philandri nomine ante biennium hîc prodiit, luculentus quidam autor ita loquitur: Sed neque balneum thermarum, dum aqua sumuntur, administrandum est; quod has modo ratione contrariorum motuum factorum à balneo, quod ad circumferentiam, & à potes

potu qui ad tentrum trahit, nimis ager affligitur; adjiciunturque ibidem alterius Doctoris verba in eandem sententiam.

&. 26. Didierus medi. cinæ Doctor & Aquisgranensium Porcetanarumque thermarum administrator primarius, in Epistolâ ad Blondellum medicinæ pariter Doctorem atq; earundem thermarum etiam administratorem, Sedani datâ sexto Martii Anno Christi 1661. profitetur Aquisgranenses aquas ad Borboniensium imitationem bibendi usum à se primum introductum tribus ante conscriptam illam epistolam annis, hocest, anno 1658.

ù

TUS

[1]

Den

aitq;

Pag. 13, 14,15,16. Thermarum potatio Aquifgrani nova. 都

ICI-

fulls.

iem.

di.

lque

2101

20

m.

hilli

gra.

HED.

endi

100.

000-

MI

in;

aitq; eorundem utrobique mineralium virtutem aquis inesse, nimirum sulphuris, bituminis, salis, nitri, atq; aluminis, quamvis diversa utrobique quantitate; quo sit ut Borbonienses mineralium illorum odorem tantum habeant, Aquisgranenses verò etiam substantiam contineant, quod manifestò liquere asserit ex magna sulphuris nitro admisti copia, quæ ex Casariani balnei puteis hauritur.

\$. 27. Aquisgranensium Aquisgra. prætereà & Porcetanarum nensium & Porcetanarum nensium & Porcetanarum differentiam narum aprobat multiplicem Didie-quarum rus. Siquidem illæ liquati differentia multiplex. sulphuris substantiam reti- Pag. 41, nent, unà cum multo nitro, 42,43,44.

hæ verò sulphuris odorem tantum & pusillum nitri: Illæ lapides exedunt, hæ usque adeò eosdem augent, ut excidenda sint identidem aquarum cursum obstruentia incrementa: illis vix horæ unius spatio tolerandis sufficient ingredientium vires, qui in his nullo incommodo ad plures horas durant : illarum sulphurei vapores gravedinem important, harum autem non item. Adhæc experimento compertum post Aquisgranensium aquarum evaporationem in vasculi fundo subsidere sulphur nitro, sale, & modico alumine permistum; cum in Porcetanis permagna aluminis copia sale & ferro mixta

tri

ba

ent

00-

lis

ole-

ien-

iollo

em

rin

(Elle

nig

gta

mixta inveniatur, pateatque vel ex ipsis, quibus hæc adhærescunt, canalibus tum albescentibus, tum etiam flaventibus. Porcetanorum deniq; balneorum aquæ sunt in singulis puteis inter se similes; Aquisgranensium verò diffimilitudo varietalq; perfacile sensu ipso percipitur. Siquidem superiores tum Sancti Quirini Parvorumque balneorum, tum Casariani scaturigines non ita subcæruleæ sunt, quemadmodum inferiores scatebræ Corneliani, Rosa, & Compusi sive Pauperum balnei, quippe quibus major sulphuris & nitri quam in superioribus istis copia insit, ideóq; virtus acrior calorq; vehementior, quæ proinde F 2 haud

Delectationum utrobique tium collatio.

6. 28. Sed ne diutiùs ex alienis petitos fontibus occurren- tibi exhibeam latices, neve epistolæ longitudine te obtundam, venio tandem ad comparationen, ut spero, tibi minime injucundam oblactamentorum illorum animique remissionum quibus vacuæ tum Bathoniæ tum Aquisgrani teruntur horæ. Licuit nobis Aquisgrani sive summo mane ad fontem publicum, five meridie in diversorii contubernium convenientium honestissima societate perfrui, ubi in variarum nationum frequentia quid de patria quisque sua proferret velur mul-

The contraction of the contracti

Voris

eve

ob-

20

ero,

dam

Di-

12

M

èad

De.

10

ho-

100

multiplex symposii condimentum pro cujusq; palato degustabatur. Licuit Mosellani vini, quod illuc affertur præstantissimum, balnei usum aquarumq; potationem, non permittentibus modò sed suadentibus etiam cum * Didiero medicis, mo- * Pag. 52. deratis Scyphis temperare. Licuit deniq; pomeridianas horas vel in urbis coenobiis invisendis, vel in contemplandâ opificum industriâ collocare, ubi & perficiendarum acuum subtilitatem solertiamq; fingularem suspeximus, & in liquefacti cupri ollas injecta cadmia prodire illico ex obscuriore metallo pallidioris fulgoris æneas laminas demirati sumus.

F 3 6. 29.

these thorony reiginfum

6. 29. At verò Batho niæ vix ulla est diei pars delectationis alicujus expers. Nam quid ego de mutuis urbanitatis officiis colloquiisq; dicam, quibus diluculo vel in ipsis balneis mirificè deliniuntur convenientium animi? Quin immo etiam Aquisgrani olim, priusquam separatis ut hodie alveis vel singuli vel certe paucisfimi includerentur, memo-

thermis, lib. 2. cap. 12.

Baccius de riæ proditum est ipsum Carolum Magnum Imperatorem consuevisse omnis generis homines fecum in balneum ducere, ibiq; allatâ aliquâ sermocinandi materiâ longam moram trahere. Quid de salutationibus percontationibusq; matutinis,

qui-

00

as.

III.

1

in

quibus cum honestioribus nobilioribufq; amicitiæ opportune conciliantur? Quid deniq; de innocenti in his thermis ingenuâq; libertate festivitate summâ & venustate conjuncta, quæ cernentium ex adjunctis pergulis oculos animosq; jucundifsimâ varietate oblectate Diceres plane ad hos tanquam Nympharum lacus confluere marina numina, hîc enim quotidie velut personati adumbrantur, ludum confident

Et senior Glauci chorus, Inousque Aneid. 5.

Tritonesq; citi, Phorciq; exercitus omnis.

Hic — Thetis, & Melite,

F 4 Nisae,

Nisæ, Spioque, Thaliaque, Cymodoceque.

BOI

Eni

11,1

30

con

Dia

10-

Post aquarum potationem, vel consequentes balnea in cubilibus sudores, quietisque aliquantulum, dum quod antemeridiani temporis superest muliebri mundo concinnando plerumque vacant feminæ, spatiantur intereà quà per urbis pomœria quà per vicina prata viri; frequentissimi verò ad globorum missilium ludum confluent in æquatam strato cespite vireti planiciem, ubi in circumfusa spectantium arbitrorumq; corona nobilitatis ingenuæ delectum videre est. Alios porrò colludendi, alios ab alterutra parte sponsione pigesty-

atio-

62

ores,

ion,

11801

liebri

be.

ME,

2 161

10

Imi

inn

1001

PHELL

ofala

101;

2003

1/0

61

norum decertandi ardor fic committit, ut dum ex insperato sæpe successu ferit etbe- Aneid. 5. ra clamor, credas penè Trojam ipsam denuò inter Hectores hos Ajacesque periclitari. Enimverò tornatos de Guajaco prægravi ligno Indico globos tantillo momento addito per quicquid est in solo eminens forte aut lacunosum tam perite torqueri, volvíque obliquo cursu ad destinatam metam, cæterasq; tam elegantis nobilisq; ludi argutias omnes considerantem subit admiratio nostrum hunc morem non perinde ab exteris, maximè Gallis, arripi atq: æstimari ut meretur. Sed nimirum nos illorum pilas & sphæristeria, quibus pasfim

QUI

200

TEG

duë

fet

110

tun

lite

mit

TUE

les.

ister

Beer

cet

pei

aqqi

sim utimur, efferimus, dum illi pertinaci pidavlia ineptoque peregrinorum fastidio nostra suis meliora despiciunt. Meridie vel hospitalibus hic Optimatum mensis, vel lautis etiam privatorum prandiis discumbitur. Inde in suorum quique conclavium secessum ad meridiationem & quietem. Declinante jam in vesperum die, defervescentibusq; solis ardoribus, viros rursum ad vireta & globos, feminas ad ambulationum amœnitatem leniores auræ pelliciunt. Complures interea, non inficior, vini, quod hic variis regionibus selectum & multiplex venit, liberiore compotatione incalescunt. Sunt qui

明 新 相

1011

h.

tim

DII:

m.

100

Han

Hie.

1

884

Nh.

gio-

alle

logis

Dia:

All:

DEI

eth

(ast

qui, dudum invalescente apud nos Turcarum confuetudine, ad forbillandum, quem vocabulo barbaro coffee dicunt, ferventem liquorem cum ante meridiem tum vespere convenientes literarum nunciorumque amicâ communione, ac rerum domi forisque gestarum commemoratione mutuâ delectentur. Sub noctem (quod interdiu quoq; vacuis balneorum horis fit) de Regis præsertim balnei pergulis patentibusq; ædium fenestris otiosè contemplari licet volubilitate artis eximia lusicantes puerulos, & modo audacissimo saltu ex peridromidum crepidinibus ultro ferri, modò summis aquis innatantes, modò ad

pro-

projectos teruncios argenteolve nummos certatim urinantes luctantesq; in fundo, modò rursum emergentes seu supinos seu pronos tendere, complexuque mutuo circumagi veluti turbines ac versari, sexcentis deniq; modis mirâ quadam voluptate spectantium oculis sese ingerere. His Bathoniæ animorum remissionibus, his laxamentis tempus teritur.

Autoris privatæ cessitudines.

§. 30. Extremum illud est, ut quæ me hîc specianes, & ne- tim attingunt paucis exponam. Decimum septimum jam diem in balneorum usu vix persto. Etenim licet, si rheumatismi dolores genua potissimum nonum jam men-

DO.

物山

ten

te m

ill.

m.

ndo,

ntes

ten.

utuo

ines

rola:

is Re-

men

M

COL

en

劉

nen-

mensem pungentes excipias, satis robusto sim corpore, viribusque in hac ætate prope juvenilibus, flaccesco nihilominus quotidie animam penè agens præ languoribus extremis quoties è balneo egresso tantulum mihi in lecto sudandum est. Confirmatus tamen ante meridiem nonnunguam folus obambulans libellos quos mecum attuli, pervoluto, inque illis Gualteri Charletoni Caroli primi immortalis memoriæ Regis nostri olim medici Oeconomiam animalem, ut ex iis quæ ille de musculis, nervis, tendonibus, arteriis denique ac venis enucleate tradit, in quâ potissimum parte meum insideat malum, fi fieri

fieri potest, edocear à viro quem præstantissimum philosophum juxta ac medicum testantur indies edita tot fæcundissimi ingenii monumenta, & cujus in me humanitati plurimum debeo. Delector insuper mirifice sub Somersettano hoc coelo nati condiscipuli quondam mei atg; etiam nunc amicissimi Mauritii Neoporti Voto candido, quo ille Carolo secundo Reginostro vitam usquequaque felicissimam ominatur, in coque & suspicio priscorum poematis omnino parem subactæ dictionis * -φασιν, altissima fensa, numeros, acrimoniam, & modestiam veneror, quâ ille Musam quamvis cultiffimam ad Regia limina his versibus amandat : Perge

me

180

Vito

Mi-

com

tot

ma.

De.

feb

Dati

mei

Hai

(1)P

W.

DICIO

5 fm.

A.

11

Perge

Perge mihi, qualis, subduct à Vot.canmesse, puella, te 3.

Et cui sors obscura domus, & curta domi res,

Relliquias frugum insequitur, contentaq; parco

Mergite, fortuitos infert sub tecta labores.

Talis es, augustæ talis mihi comeris aulæ:

Ut sumptu, sic sorde vacans.

Expectari audio Editionem aliam, eamque emendatiorem cæteris, & longè
auctiorem. Cæterùm si quis
error sit, quòd ita de hoc
poëmate sentiam, erro cum
non paucis aliis, quos sæpe
conveni, & profectò ejusmodi, quibuscum errare non
indecorum foret. Hujusmo-

di me comites minus solum, cum solus sum, reddunt. Dum sic mecum habito, dum in aulâ musarum verfor, ad virorum principum, quos hîc studiose declino, limina non offendo. Incido tamen hic nonnunquam in medicos, quos Bathonia plures habet quam Aquisgranum; & (ne qua verbo invidia insit) nihilo inferiores. In his Robertum Pierceum, Thomam Guidottum, Robertum Swaleum politos admodum urbanosq; invenio. Et à Swaleo quidem officiis, usu, consuetudine mihi dudum conjunctissimo, medicamentorum rationes accipio non affectatis verborum integumentis involutas, sed aperun,

Unt,

ito,

ver.

un,

100,

ido

10

A.

qua ni-

0=

Der-

20.

ciis,

de.

ędi.

apertas & solidas. Ego verò cum Carolo Scarburgio Equite aurato, & Regio pariter, ac Serenissimi Eboracenfium Ducis inter præcipuos medico, huc unà Londino advenisse in parte felicitatis duco. Siquidem cum Scarburgium nomino, non Æsculapium modò filium, sed Apollinem quoq; patrem & Musas omnes, atque adeò Charites ipsas dico. Sic ille ad literarum cumulum adjunxit faciles candidosque mores. Illius, dum licet, in consuetudinem altius sane quam in balnea ipsa me immergo: illius confilio prorsus dirigor, de ejus denique narthecio panchresta medicamenta gratis promo. In feminarum

narum consuetudinem, quippe rationibus institutisq; meis alienissimam, haud ultro meingero. Sunt tamen hîc quarum priori notitià necessitudineq; mihi cognitarum congressum colloquiumque, invitato præsertim illectoque tempestivæ benignitatis argumentis vitare neque jam licet, neque integrum est. Singularem equidem gratissimus agnoscere habeo in me comitatem, penè dixerim contubernium convictumq; tum illustrissimæ viduæ Elisabethæ Thimelbeiæ Comitibus Riveriis prognatæ consanguineæ meæ; tum alterius itidem Elisabethæ D. Georgii Montacutii ex illustrissimis pariter Mancestriæ Comitibus

tro

ref.

m

Ue,

to-

ta-

que

ii.

168

bus procreati, & complures jam annos egregiè de me promeriti lectissimæ conjugis, quâ cum hîc modò sunt Edoardus filius natu maximus, qui patriarum usquequaque laudum exemplar imitatus, etiam confimili est in me animo, & Elisabetha filia suavissimæ indolis virgo, patrifq; (eò mihi charioris quod de te nunquam nisi honorifice loquitur) mel ac deliciæ, Dulces Horat.1.36 docta modos & cithara sciens: ode 9. quæ hodiè manè dum hæc scribo, Crucis balneum primum ingressa nobilibus comitata virginibus gratissimum de adverso xysto spectantibus verecundiæ specimen exhibet:

G 2 Qua-

Qualis Naiadum decus pudică

Ægle fronte placens: rubente qualis
Ore aurora micans: vel inter undas
Qualis coralii decor rigentis,
Vernantisve rosa. Favete lympha,
Mitesque innocuo in sinu tepete. Hanc
Necdum urit Venus, aut ferit Cupido.
Virtutis color hic. Procul facessant
Turpes nequitia, procaxq; risus:
Huic candor comitem dedit pudorem.

\$.21. Videsquam candide, nihil occultans, nihil dissimulans tibi profero, quas tute extorques, nugas meas. Ut limatissimum illud atq; acerrimum judicium tuum non reformidem facit tamdiu mihi cognitus atq; perspectus amor in me tuus. Neq; enim mihi excidit inter eruditas in itinere al-

tercationes natasque ex scientiarum, quas apprimè calles encyclopædia quæstiunculas varias vel ipsam te sæpe æquo animo tulisse loquacitatem meam. Quo mihi faciliorem modò excusationis veniam sperare licet, si epistolæ modum prætergressus seriis tuis tamdiu obstrepere ausus sum. Dum hæc exaro, dum vel absens te alloquor, os mihi tuum ante oculos versatur, foretq; hoc ipsum horis secundum meridiationem quotidianam vacuis, tanquam levidense tibi munusculum concinnandi otium non dulce, Horat. ni tecum simul. Perge tu porrò, Comes illustrissime, ut cœpisti, magnæ mentis & laudatissimæ vitæ decora G 3 liteliteraturæ omnis ornamentis cumulare, dum tibi ego diuturnitatem gloriæ & felicium gaudia precor atque ominor. Vale.

Bathoniæ. VII. Kal. Augusti. MDCLXXV.

Qui hîc citantur Syllabus.

Antoninus.

Aristoteles.

Avicenna.

Baccius.

Baleus.

Cambdenus.

Capivaccius.

Chapmannus.

Charletonus.

Cicero.

Claudianus.

Cooperus.

Galenus.

Gesnerus.

Grulingius.

Guidottus.

Hempelius.

Hippocrates.

Horatius.

Horftius.

Fonefius.

Fordenus.

Fuvenalis.

Martialis.

Mayoro.

Neoportus.

Petronius.

Philander.

Pitseus.

Plinius.

Ptolemeus.

Ruremundanus.

Seneca.

Solinus.

Spartianus.

Virgilius.

G 4

INDEX RERUM.

A

A Cidula ad Rhenum.	Pag. 5
Amicitia in Bathoniensibu	s Bal-
ners conciliantur.	59,81
Antliarum Bathonia Usus.	61
Antlia sicca.	64
Aquisgranensium thermarum	anti-
quitas.	11.12
Aquisgranensia balnea in diver	sos al-
ocos usitrionia.	57.58
Aquisgranensum & Porcetanas	um a-
quarum differentia multiplex.	75
Aquisgranensis basilica.	42,43
	and the same of th

B

Baccii Xweoyeaqi	as errore	16
Balnea intrantes	Bathonia	guomodo
induti.		59,60
		Bal-

Balneatores, & eorum pretia. 61,63
Balneorum utendorum hora non eadem
making and making the more causers
nobis que veteribus. 66,67
Eathoniensium thermarum antiquitas.
12,13,15
Faverdam gravia manina
Earundem varia nomina. 13,15
Bathonia descriptio. 38,39 Bathoniensis primaria ades. 44
Bathoniensis primaria ades. 44
Bladudus Britannorum Rex Bathonien-
Gum they me were ingrented 22
sum thermarum inventor. 12,15,51
Borbonenses agua. 70,75
Borbonenses agua. 70,75
Cæsarianum Aquisgrani balneum per-
Denden & Passis Bagium Line
peram à Baccio Regium dicitur. 58
Caloris thermarum cause. 21,22,60.
Campanæ Bathonienses procul exaudi-
arna er
Campus Valcani aven 27
Campus Vulcani prope Neapolim
qui Sulphuraria dicitur. 23
Carolus Magnus Casar Aquisgranen-
I de la la del de la del de la
Caroli Scarburgii Equitis aurati & Re-
gii medici commendatio. 91
Coffee
T.M.

anti-

1,12

75 243

16 mile 9,60 B41-

Coffee potus Turcici apud nos usus. 85
Comparatio thermarum ab antiquitate.
12,15
A locorum situ & balneis ipsis. 18,19
A mineralibus. 26,27
A mineralibus. 26,27 A balneorum utrobique numero &
formâ. 30, 57
Ab ipsis urbibus. 38
Compusii balneum Aquisgrani. 30,77
Cornelianum balneum ibidem. 27,30
Corona pensilis in Aquisgranensi ba- silicà. 43
silicâ. 43
Crucis balnei Bathoniensis descriptio.
D 54, 55
Delectationum Aquisgrani & Bathonia
occurrentium comparatio. 78,&c.
Didierus Medicus thermarum potanda-
rum usum primus Aquisgranum in-
troduxit. 74
Ducciæ Italorum quales sint. 62
E manufactural and
Edoardus Carneus Anglia Regum ad Ro-
manos Pontifices Orator. 17
Edoar-

Ferr

Edoardus Mansellus Baronettus Mar-
gamii Dominus. 18
Edoardi Montacutii ejusque parentum
commendatio. 93
Elisabetha Montacutia nobilis virginis
à verecundia laus. 93,94
Elisabetha Thimelbeia illustrissima vidua
erga Autorem comitas. 92
Equinum Bathonia balneum. 20,33
-middle account Falling Amend
Fermentatio pracipua thermarum caloris
causa secundum Fordenum & Mayow.
24,25
Fervidi Bathonia balnei descriptio. 56
Fons Asa in Flintensi agro. 4
Fons B. Maria in Denbighensi agro. 4
Fons S. Wenefreda in agro Flintensi. 3
Francisci Stoneri de Stonero Equitis au-
rati Munificentia. 50
Georgii Montacutii de Mancestria Comi-
tibus praclara in Autorem prome-
rita.
[2/]-

INDEA.
Globorum missilium ludus in Anglia qualis. 82,83
qualis. 82, 83
Gualteri Charletoni Caroliprimi Anglia
Gualteri Charletoni Caroliprimi Anglia olim medici laus. 88
Gulielmi Coi Northamptoniensis ana-
thema.
Granus Neronis Casaris frater Aquis-
granensium thermarum inventor.
H 11, 14
Henrici Mancestria Comitis in Bathoni-
ensi templo insignia gentilitia. 45
Heydelbergensis doli praconia.
The state of the s
Facobea scala in Bathoniensis templi a-
ditu. 44
Jacobi Montacutii Bathoniensis anti-
stitis monumentum. 45
Imperatorum inaugurandorum insignia
Aquisgrani asservantur. 17
Imperii aliquando Caput Aquisgranum.
17

Nata

Paup.

Lapis vulgo Freestone in balneis quid efficiat.

efficiat.		37
Leproforum	Bathonia	balneolum.
		21, 32
Mauritii Neop	orti laudes 1	merita. 88
Medicorum B		
tio.		90
Mineralia in ti	hermis quali	
	dendi virtui	
Montes quid		
calorem conf		25,26
Mosellani vini		
The state of the s	N'	
Natandi periti	Mimi in B	athonien sibus
balneis puer	uli.	85
y be made in the	0	
Omittitur iniq	ue Aquisera	num à Gru-
lingio recense		
		16
Opificum Aquis	ranensium	industria in
conficiendis a		
	P "	
Parva balnea A	quisgrani.	30
Pauperum balne		
0		[ub

17

品 品

Sub dio Porcetæ.	21
Porcetanarum juxta Aquisgranum th	er-
marum vehemens calor.	19
Potatio thermarum Aquisgrani nova	ad
Borbonensium imitationem.	74
Centum abhinc annis Bathonia usi	ta-
ta.	69
Quomodo adhibenda.	71
Q	
S. Quirini balneum Aquisgrani. 30.	77
Quoties renovatis aquis repurgen	tur
Bathonia balnea.	69
R	
Regii balnei Bathoniensis descriptio.	47
Regina balnei ibidem descriptio.	52
Roberti Piercei Medicina Doctoris	Ba-
thoniensis Orbanitas.	90
Roberti Swalei Medicina Doctoris o	om-
mendatio.	90
Rosa balneum Aquisgrani. 30	77
	1
THE PERSON NAMED IN COLUMN TWO IS NOT THE PERSON NAMED IN COLUMN TO THE PERSON NAMED IN COLUMN T	

Schwalbacensium acidularum virtus.6,7 Sitis

21

ther.

19

Sitis augetur aquâ frigidâ, tepidâ ?	verd
and mentals	72
T	
Tempora utendi balneis Aquisgrani	6
Bathonia diversa.	
Thomæ Guidoti Bathoniensis Medici	
perimenta & laudes.	36
V	
Vinum Bathoniam allatum multipl	ex.
	84
Vino Baccharensi inulæ radices	
mitti solitæ.	8
	8
	86
X	
Xystus recens ab illustrissimo Bare	one
Brookeo Crucis balneo additus.	

FINIS.

frield, treids cool Keller and a little of the Confirms " Entere

